

equitatis quam ordo exigit rationis, ut id | per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ex parte siquidem vestra fuit propositum coram nobis, quod nonnulli ecclesiarum | prelati vestris libertatibus invidentes, cum eis non liceat ex apostolice sedis indulto in^{a)} vos excommunicationis vel interdicti sententias promulgare, in | familiares, servientes et benefactores ac illos, qui molunt in molendinis vel coquunt in furnis vestris quique vendendo seu emendo vel | alias vobis communicant^{b)}, sententias proferunt memoratas, sicque non vim et potestatem privilegiorum vestrorum sed sola verba servantes | vos quodammodo excommunicant, dum vobis alios communicare non sinunt, et ex hoc iudicari videmini iudicio Iudeorum et, qui vobis communicant in pre|dictis, illud evenit inconveniens, quod maiorem excommunicationem incurrant, quam excommunicatis communicando fuerint incursuri. Quare nobis humiliter pol|plicitis^{c)}, ut providere quieti vestre super hoc paterna sollicitudine curaremus. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, ne quis predictorum | huiusmodi sententias in fraudem privilegiorum apostolice sedis de cetero promulgare presumat, auctoritate presentium districtius in|hibemus, decernentes eas, si per presumptionem cuiuspiam taliter promulgari contigerit, irritas et inanes. Nulli ergo omnino homi|num liceat hanc paginam nostre inhibitionis et constitutionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc | attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. | Lugduni V non. martii pontificatus nostri anno sexto.

(B. D.)

82.

Papst Innozenz (IV.) verfügt zugunsten des Abtes von Cîteaux und seiner Mitäbte, daß vom apostolischen Stuhl delegierte Richter die Zisterziensermönche nicht dazu zwingen dürfen, die Gründer ihrer Klöster, Fürsten und andere Adlige sowie Stadt-, Burg- und Dorfgemeinden, auf deren Gebiet oder in deren Nähe Zisterzienserklöster liegen, zu exkommunizieren oder deren Exkommunikation feierlich zu verkünden, es sei denn, ein besonderes Mandat des Papstes oder eines päpstlichen Legaten liegt hierzu vor.

(1249) März 3, Lyon

Original: Dresden, HStA, 10001, Ältere Urkunden, OU. 468 (A) — Provenienz: Altzelle, Zisterzienserkloster — Pergament: 32,4 cm breit, 28,3 cm hoch, Plica 2,2 cm — littera (cum serico) — Besieglung verloren (zwei Schnitte in der Plica und im darunterliegenden Pergament).

Kuriale Vermerke:

Recto: oben, in der rechten Ecke: a

81. a) indulto ut in A.
b) communicent A.
c) sic A.